Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uite tue possit ee consultum. ℟. Ipse
me coronauit qui p apostolum Petrum
in custodia me confortauit pro eo quod iuf
sa sum suspendi in eculeo propt fidem casti
tatis adiuua me domine ds mis intortura
mamillarum mearum. ℣. Vidisti domine
agonem meum quomodo pugnaui in stadio
s; quia nolui obedire mandatis pncipu. Adiuua.

Sca agathes dix. Ego inhis penis ita
delector: sicut q bonu nuncium au
dit/aut sicut qui uidet que diu desi
derauit aut q inuenit thesauros mul
tos. Non enim potest triticu inhorreo
poni nisi ei theca fuerit conculcata.
& impuluere redacta/ita anima mea
n potest in paradysum dni mei cu
palma martyru nisi diligenter fuerit
a carnificib tormentata. ℟. Agathes le
tissima et gloriantes ibat ad carcerem
et quasi ad epulas mutata agonem suu
domino precibus commendabat. ℣. Mens
mea solidata est ... & a xpo fundata. Agone.

Factum est p qua-tuor dies iussit ea
iterum quincianus ante tribunal su
um astare/cui & dixit. Quo usq; furis
cont decreta pncipum inuictos. Im
mola dis/sin uero scias te acerioribus
penis artari. Agathes respondit. Om
nia uerba tua uana & iniqua sunt
& pecepta tua ipsum aerem maculant/
unde miser sine sensu & intellectu.
quis uult ad auxilium suu lapides
inuocare. & n dm uerum & summum.
qui dignatus est omnem quam in
me exercuisti plagam curare/& ma
millam mea integram et sana pecto
ri meo restituit. ℟. Ego autem adiuta
a domino pseuerabo in confessione eius q
me saluam fecit et consolatus est me. ℣. Me
dicinam carnalem corpori meo nunqm
exhibui s; habeo dominu ihm xpm. Quume.

Dicit ei quintianus. Et qs est qui te cu
rauit. Agathes respondit. Xpe filius
dei. Quincianus aut. Iterum nomina
sti xpm. que ego nolo audire. Agathes
respondit. Ego xpm confiteor labus/
& corde inuocare n cesso. Quincians
dixit. Nunc uideo si xpe tuus curat
te. Iussit uero testas acutas spargi.
et sup eas carbones uiuos/& meos de
nudam eam uolutare. ℟. Regnum
mundi. Ad Cant. A. Mens mea solidata e
& a xpo fundata. Euouoy. Simile e reg
num celoq thesauro. Regre de s. Lucia.
℟. Ista est speciosa inter filias ierusalem sicut
uidistis eam plenam karitate et dilecti
one incubitibus & inhortis aromatum.
℣. Specie tua et pulcitudine tua intende p
spere pcede et regna. Incubitib. ℟. Me
dicinam carnalem corpori meo nunqm
exhibui s; habeo dominum iesum xpm
qui solo sermone restaurat uniuersa. ℣. Ego
autem adiuta a domino pseuerabo in con
fessione eius. Qui solo ℟. Beata agathes in
gressa carcerem expandit manus suas ad
deum et dixit domine qui me fecisti uin